

ENCOMION

Annona vilitas,  
& omnium rerum  
abundantia.

Deinde boues binos pinguisima corpora donant,  
Florenis sedecim constabant ambo redempti,  
Expediunt & equis gratissima pabula festsis,  
Nam sexaginta modij redduntur auenae,  
Et centum pisces, urna viniq; nouena.  
Caesarij etiam donantur multa ministris  
Munera, quae numeris includere singula nostris:  
Non licet, aut par est: spacijs includor iniquis.  
Postea discessit Roteburgam Caesar ad urbem  
Et Reutlingensi placide valedixerat urbi.

Maximilianus  
primus hospiti-  
o exceptus fu-  
it Anno 1495  
die Ascensionis  
Domini.

MAXIMVS Æmylius Caesar cognomine primus:  
Huc etiam stipatus equis gratissimus hospes:  
Peruenit, magnum Regem excipiente Senatu.  
Saxonicam quem consequitur Septem vir ab ora:  
Augusta sacer Antistes & Episcopus urbis:  
Brixensisq; pater nostram dignissimus urbem  
Ingreditur Meckelburgo cum Principe, cumque  
Principe Anhaltino, Tecci custode Ducatus  
Et Wirtenbergae regionis praside, cumque

Legati peregrini.

Legatis multis: nam clara Neapolis vnum  
Miserat: Hispanis & venerat alter ab oris:

500. Pferd in  
Reutlingen  
geherberget  
worden.

Atq; alij multi, quingenti nempe Caballi  
In Reutlingensi requierunt sede recepti.  
Ergo dies Solis cum lux exorta fuisset  
Crastina, cum magna populi spectante corona:  
Maximus Æmylius solio confedit aperto,  
Inq; foro collectus erat cum plebe Senatus:

Reutlingenses  
Caesari iuramen-  
to obstricti sunt.

Hic iurauerunt sancto pro more, fidemque  
Induperatori pia iuramenta dedere  
Omnes quotquot erant Reutlingae hoc tempore ciues.  
Post haec munifico, transactis ordine rebus,

Æmy-